



Universitäts- und Landesbibliothek Tirol


Privilegia Vniversitatis Oenipontanae

Leopold <I., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>











PRIVILEGIA

VNIVERSITATIS
OENIPONTANAE

AB

AUGVSTISSIMO
ROMANORVM

IMPERATORE

LEOPOLDO

PRIMO

EIVSDEM FVNDATORE CONCESSA

A Sanctissimo Dño Dño nro

INNOCENTIO, XI.

Universalis Ecclesiae Romanae summo Ponti-
fice, ac Pastore approbata & confirmata.



PRIVILEGIUM

UNIVERSITATIS

GENEPPONTANAE

AB

AVGVSTISSIMO

ROMANORVM

IMPERATORE

LEOPOLDO

PRIMO

FRANCO-BOHEMICO

AVGVSTISSIMO

INNOCENTIO XI

AVGVSTISSIMO

AVGVSTISSIMO



**IN
NOMINE
SANCTISSIMÆ
ET**

**INDIVIDUÆ TRINITATIS
LEOPOLDVS**


PRIMVS

DEI GRATIA ROMANORVM

IMPERATOR

omnibus Christi Fidelibus præse-
tium Auditoribus seu Lectoribus Salutē
in Domino etc.


Cum nihil magis desideremus quam ut incho-
ata studia generalia huius nostræ erectæ Uni-
versitatis Onipontanæ non solum prospe-
ritum sortiantur progressum, verum etiam fe-
licibus incrementis ad ignorantia falsitatisq;
tenebras ab omnibus universalis Ecclesie quæ




Imperii nostri finibus procul avertendas quam
citissime augeantur, auctaque conserventur, sci-
entes autem ad id obtinendum in aliis etiam

Universitatibus haud parum valuisse privi-
legia, libertates, gratias, et ordinationes à Fun-
datoribus earundem oblatas et concessas, vo-
lumus et nos atque decernimus, praedictum stu-
dium nostrum œnipotentium nobis à sanc-
ta Sede Apostolica indultum, paribus grati-
is, libertatibus, privilegiis, exemptionibus,
hac praesenti pagina contentis, liberaliter
pro praesenti rerum statu dotare, et

PRIMO quidem ordinamus et volumus
totum praefatae Universitatis nostrae corpus
in quatuor quasi membra partesve dividi prin-
cipales, quas Facultates nominamus, earumque
prima tam ordine, quam dignitate sit Theolo-
gica, secunda Jurisprudentia, Medicina ter-






tia, quarta tandem Philosophica, quantum se-
cunda id est Iurisprudentia Facultati quata-
li dignitatem comitivam una cum omnibus
suis annexis atq; pertinentiis, prout regulari-
ter conferri solet, ex speciali nostro favore con-
cedimus. statuimus porro

SECUNDO, ut è dictis quatuor Fa-
cultatibus unaquaq; sigillatim eligat sibi
semestraliter et ambulatorie de suis unum
Professorem, qui suae tantum facultati praesit,
voceturq; Decanus, et teneatur ad officium
suum in statutis personalibus descriptum
diligenter ac rite praestandum, conciliaq;
Decanorum suo tempore frequentanda,
quae si quando contigerit, haberi, convoca-
tis illis Rector, aut vice Rector praesideat, ha-
beatq; votum decisivum.

TERTIO deniq; sicut toti huius Uni.





versitatis corpori caput esse volumus Recto-
rem, et vice Rectorem, si ille scilicet Rector huius
vices suas vel quoad certum tempus universa-
liter, vel quoad certas causas cedat, qui iuxta re-
gulas ac leges utriusque specialiter præsriptas Uni-
versitatem omnem regat, ac dirigat, eligatur
autem uterque à quatuor Facultatum Doctoribus,
atque Magistris quolibet anno, vel e gremio
Professorum non Religiosorum, vel ex inoor-
poratis eiusdem Universitatis aliis excoellen-
tioribus, atque ad gerendum huius officium ido-
neis, in casu tamen discordiæ Facultatum
in electione, et divisionis earum in partes
æquales, cui parti Rector, aut vice Rector,
qui est in tempore, vocem dederit Rector
ille est.

IAM vero Rectoris huiusmodi, vice Rec-
toris, omniumque reliquorum dicti Auditoris
Præsidentum ac Doctorum honorem et sta-






tum prosequentes constituimus, ac decernimus,
per presentes ipsos, cum divina Maiestatis, cui
ius res agit, tum etiam nostrae ob infidelitati
onis respectu ab omnibus et singulis Prela-
tis, Episcopis, Abbatibus, Praepositis, necnon Co-
mitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Ci-
vibus, aliisque tam spiritualibus, quam tempo-
ralibus Principatum seu Domiorum no-
strorum Incolis quibuscumque, digne, reve-
renter, atque grataiter haberi, quotiescumque
aliquid pro Universitate vel eius suppo-
sitis coram nobis aut ipsis tractare habuerit,
indilate admitti una cum suis, honesteque et
decenter recipi, patienter audiri, et celeriter
expediri.


CAETERVM in exemptione studii hu-
ius universalis liberaliorum vestigia Prin-
cipum omnino sequi volentes, concedimus
in primis saepe dictae Universitati nostrae, eiusque









Rectori, vice Rectori, et Senatui Academico
in omnia Academiae suae membra seu per
sonas ipsi subiectas omnimodam Iurisdic-
tionem civilem, tanquoad res mobiles, quam
etiam immobiles in hac civitate sitas, ita ta-
men, ut appellationes inuitis modi causarum
civilium, quae fiunt a toto Senatu Acade-
mico, tanquam a Iudice a quo, ad nostrum
Regimen, utpote Iudicem ad quem, sicut
etiam in rebus Ecclesiasticis ad ordinarium
seu eius bene visum indistincte et im-
mediate devolvantur.

SUMMA autem appellabilis tam in cau-
sis debiti, quam poenarum seu mulctarum pe-
cuniarum, quo ad appellationem ad Regi-
men devolutam ea sola censeatur, quae sum-
mam quinquaginta florenorum excedit,
tempus vero fatalium eiusmodi appella-
tionis introducendae solummodo ad duos men-



77

les porrigatur. In causis tamen iniuriarū
realium et verbalium nullā habitā ratione
summa, appellatio indifferenter admitta-
tur. Ratione carceris autem propter respe-
tum Universitati tenendum appellatio
omnimodè denegetur.


ET ita consequenter volumus prædicta
Universitatis membra ex nulla causa, seu
actione civili adversus ea instituenda ad
aliū Iudicem seu forum posse trahi, sed
illa coram Rectore, vice Rectore seu toto Se-
nato Academico convenienda esse, excep-
tis tamen nostrorum Dycasteriorum con-
siliariis actualibus, cum quibus, si inter ip-
sos, nec non academicos Professores sacula-
res, vel alios Universitati subiectos, lis aliqua
oriatur tam activè quàm passivè, seu civi-
liter, seu criminaliter agatur, controver-
sia omnes coram nostro Regimine dis-





cutiendae ibidemque vel amicabilem, vel de-
mum iudicialiter terminanda sint.


PORRO quod criminalem iurisdictionem
attinet, ad puniendos facinorosos, ne delicta
maneant impunita, concedimus eandem
prememoratae Universitati eiusque Rec-
tori, vice Rectori, et Senatui academico, usque
ad poenam relegationis inclusive, ita qui-
dem, ut illam absque praesertito nostri Regi-
minis decernere, relegatosque a loco Univer-
sitaris ad distantiam duarum horarum re-
pellere possit, quod si vero Senatus aca-
demicus desideret, ut similes relegati ulte-
rius, aut etiam totaliter extra Provincia
abigantur, id Regimini nostro indicet, ac
notum faciat, quod proinde rem debitae
executioni demandare non deerit.

DATO autem casu, quod membrum

73




aliquod Universitatis, seu eidem subiectus, delictum tale perpetraret, quod de Iure ordinariæ poenæ mortis vel sanguinis, aut etiam triremium puniendum esset, permittimus quidem, Senatū Academicum desuper cognoscere, et sententiam formare, eandem autem publicare, seu executioni demandare posse, nullo modo volumus, sed illam unicum processu et voto Regimini nostro ad revidendum, et ulteriorem deliberationem, quatenus opus fuerit, reo interim bene custodito, tradere teneatur, ad quem finem ad instantiam Universitatis etiam nostri carceres à Præside Regiminis nostri non denegentur, et ad omnem futuram controversiam præcavendam comprehendimus nomine membrorum et incorporatorum Academicorum non tantum Professores, et omnium scientiarum studiosos immatriculatos, sed et Notarium, Pedellum, Typographum, linguarum et aliarum scientiarum liberalium Magistros, nec non horum coniuges, Viduas, Libe:




ros, Famulos, et alios ad eorum familiam spectan-
tes, Et ideo

SECUNDO volumus et mandamus, ut si
quem fortassis studiorum aut alium Univer-
sitati subiectum ex causa delicti Oniponti
in eiusque Suburbis commisi, cuius poena vel
infra, vel usque ad relegationem inclusive dicta-
tur, capi contingat, talis honestè ducatur, etc.
locetur, et indilate significetur memorata U-
niversitatis Rectori vel vice Rectori apud se
captum teneri, qui si testentur ipsum captivum
studentem dictae Universitatis existere, Iudex
eum immediatè Iudici suo ordinario, id est Uni-
versitati, solutis tamen expensis cibariis et cap-
tura transmittat et consignet.


TERTIO precipimus, si iudicium vel civitas
alterius emergentis, vel emergendi negotii præ-
textu ipsum Rectorem vel vice Rectorem auxi-




lio seu iuvamine nostrorum Iudicum Admini-
stratorum, Officiariorum, Consulium, vel quo-
rumcunq; nostrorum Subditorum indigere
tigerit, ipsi coniunctim et divisim toto posse suo
succurrant fideliter, et assistant efficaciter per se,
et per suos Ministros et Nuntios, absq; dilatio-
ne qualibet pro qualitate negotii, et quando, et
quoties opportunum fuerit, et super eo per ip-
sum, uel eius locum tenentem fuerint requisiti.




QUARTO, ne putetur quasi pecuniarum
acquirendarum animo huiusmodi Studium
erectum fuisset, idcirco modico illo, quod per ex-
emptionem Scholarium nostris proventibus subtra-
hi poterit, pro nihilo reputato, cum id ipsum aliun-
de in spiritualibus, imò utrisq; bonis nobis, et nostris
multipliciter recompensandum minime dubita-
mus, absolvimus, atq; eximimus omnes et singulos
Professores, Doctores, Magistros, Scholares, et alios
dictae Universitati Incorporatos, quo ad personas






ab omnibus Steuris, contributionibus, collectis, et
quibuscunq; aliis exactionibus, oneribusq; excep-
to solvendo eo tributo, quod defendenda Patria
causa sine omni exceptione Clericorum et Sae-
larium imponitur. Imò liberalitatem nostram
magis extendere dignantes volumus.




QVINTO, studiosos nostros etiam quo ad
libros, aliasq; huiusmodi ad ipsorum personas et
utrum proprium res pertinentes, quas secum ad
studia adducunt, et reducunt, ab omni exactio-
ne et solutione mutarum seu Teloniorum nostro-
rum penitus liberos atq; immunes esse, casu quo au-
tem unus vel alter ex Professoribus Bibliothecam
aliquam, aut alias certum numerum librorum aliunde co-
emere vellet, is praesens nostrum consilium arca-
num pro impetranda exemptione datiali interpe-
lare poterit, quae ipsi etiam pro re nata non dene-
ganda erit.

SEXTO, disponimus, ut Professoribus studiosis




aliisq; Universitati subiectis contra omnes et
singulos quocunq; modo eos male tractantes
a nostris Magistratibus et Officialibus debita
semper, ac incorrupta Iustitia administretur
et consequenter contra omnes iniurias, de-
fraudationes, illicitas exactiones, invasiones,
violentias, aliaq; similia attentata per compe-
tentia Iuris remedia pro posse protegantur,
et manuteneantur. Atq; hinc precipimus

SEPTIMO, quod Occisores incorpo-
ratorum Academicorum non debeant oc-
casione vel auxilio ullius asyli a nobis, aut
nostris Antecessoribus concessi impunitate
gaudere, verum confugientes ad eiusmodi
loca capi, teneri, et condigna poena puni-
ri debere, non obstantibus eiusmodi immu-
nitatibus, privilegiis, seu libertatibus, dic-
to modo concessis, quas, et qua, quo ad huc
casum tollimus, et annullamus, volentes




quantum in nobis est, omnem causam et oc:
casionem extirpare et tollere, quibus dicta
Uniuersitas laedi possit quomodolibet et tur:
bari.



OCTAVO, quieti Studiosorum amplius
consulere cupientes, etiam statuimus, ut nul:
lus Servus publicus inferioris Magistratus
municipalis seu civici domum vel habitacione
Professoris, Doctoris vel Scholaris malefactorem
quempiam Fori secularis insequendo vel quo:
uis modo quarendo intrare presumat; quod
si vero nostrum Regimen aliquem malefacto:
rem insequi curet, nullum ius fiat impedimen:
tum, gaudeant tamen eo privilegio, quo no:
stri Consiliarii si malefactores in domos vel ap:
partamenta eorum se receperint.

NONO, ordinamus insuper, si quem ex
Studiosis huius Uniuersitatis mori contin:





grat. isq. nil aliud, quam quod in eius habita-
 tione post obitum inveniatur. relinquatur.
 tunc Rector confecto desuper Inventario cu
 heredibus. usq. quorum interest. amicabile
 compositionem tradare. ea autem nullum
 sortiente effectum. tam ex causa testati. qua
 intestati iuxta normam Statutorum provi-
 cialium procedere. et cognoscere possit. casu
 quo autem talis defunctus etiam bona immo-
 bilia post se relinqueret. eo casu Rectori vel Vi-
 ce Rectori solummodo confectio Inventarii re-
 rum mobilium competat. confectumq. Inven-
 tarium una cum mobilibus legitimis heredi-
 bus. seu pretenditibus extradere. ac config-
 nare teneatur. nisi defunctus aliquis Professor
 vel Officialis academicus in hac civitate. eiusq.
 Suburbis domum. et bona reliquiset. quo ca-
 su Universitas etiam super his Inventarium
 conficere. nec non inter heredes. et Interessatos
 negotium hoc amicabilem. vel iudicialiter



secundum iuris statutorumque ordinem termi-
nare poterit.

DECIMO, et quia non dubitamus, quin
sape nominati Professores Universitatis Ec-
clesiastici, atque Saeulares, tum ad necessarios
libros sibi comparandos, tum ad vitam pro
dignitate sui muneris, ac status instituen-
dam paratis utique semper mediis opus habe-
ant, propterea mandamus, ut iisdem Pro-
fessoribus omnibus ac singulis assignata
a nobis aut assignanda honoraria, stipendia
et salaria tempore, quo moris est, illa solvi,
rite, et sine dilatione solvantur, atque ad ad-
dictorum Professorum, etiam non petita,
prius ab iis, quorum interest, ultro mittantur.

UNDECIMO, ne autem occasione
ab utentium supra dictis libertatibus sapi-
us forsitan turbentur studentes praelibati.



aut multis proinde causis emergentibus ve:
 xari contingat, Rectorem, vice Rectorem, ca:
 terosq; Universitatis eiusdem Professores, ac Doc:
 tores, ideo ordinamus, ut quilibet Scholaris ad
 praedictum studium veniens, ipsiusq; mem:
 brum fieri, aut eius libertatibus perfrui cupi:
 ens, praesentet se intra septimanam proxima
 Rectori aut vice Rectori Universitatis iuratu:
 rus, atq; registro studiosorum, vel ut vulgo
 dici solet Matriculae inscribendus; insuperq;
 diligenter frequentet, ac audiat aliquem Profes:
 sorem publice legentem, alioquin notis in
 gravifurus privilegiis, et sic ex matricula ex:
 pungendus veris duntaxat studiosis, et non
 otiosis traditis et concessis, circa quod speciali:
 ter concedimus, non solum Saecularibus, sed
 etiam Clericis omnibus tam Regularibus, qua
 non Regularibus, etiam in dignitate Eccle:
 siastica, personatu, administratione, officio, sub:
 diaconatu, Diaconatu, aut Presbyteratu con:






Statutis ceniponti comorantibus et ad litterarum
studia incumbentibus, de indulto etiam sedis
Apostolica huic nostro studio Cenipontano
liberalius concessa liberam facultatem, pra-
lectiones publicas, repetitiones, ac exercitia
privata iuris civilis audiendi, ex his publi-
ce et privatim disputandi, defendendi, argu-
mentandi, gradusque doctorales consequen-
di, ita, ut tales Clerici hic studentes, nec non
etiam ad huiusmodi gradus promoti, usque
insigniti omnibus et singulis iuribus, pri-
vilegiis, gratiis, favoribus et prerogativis in
praelibato Indulto Apostolico fulius expres-
sis, liberè, et sine omni impedimento uti, frui,
et gaudere possint, ac debeant. Turonensis Con-
cilii, ac quibusvis aliis Apostolicis, nec non
in Provincialibus, et synodalibus forsan Edic-
tis generalibus, et specialibus, constitutionibus, ac or-
dinationibus, statutis quoque et consuetudinibus,
Ecclesiarum, in quibus, personae Ecclesiasticae



forte beneficiati fuerint, iuramento confir-
matione Apostolica vel quavis firmitate alia
roboratis, ceterisque contrariis non obstantibus.


DUODECIMO, atque ut hi ipsi quā
optime dignoscantur ab iis ad quos deveni-
unt in illum ipsum finem ordinamus, ac volumus,
ut dicta Universitas nostra, et magnū pro ne-
gotiis suis Sigillum et parvum a nobis ap-
probatum penesque Rectorem aut vice Recto-
rem nūā cum privilegiis aservatum hab-
eat, illorumque alterutro, vel etiam Rectoris aut
vice Rectoris signo et sigillatis litteris Acade-
micos suos, suorumque res instruat, quibus ex-
hibitis atque visis volumus, ut omnes et singuli
nostrorum Teloniorū, Mutarū, aliorumque red-
dituum aut proventuum Collectores, ceterique
Officiales et Subditi quibuscumque nominibus
nuncupentur, fidem adhibeant, pariter ac
obediant, in ipsorum seu Professorū seu Stu:




dentium, et eiusdem servientium exemptionibus, e-
osque presentatores, ut vera prelibata Univer-
sytatis Cenipontanae membra sine requisitione al-
terius ullius testimonii favorabiliter expediat.

PHODECIMO

VOLUIMUS denique, ac mandamus, ut inter
Tribunalia Superioris Austriae, Regimen ac Ca-
meram nostram ex una parte, nec non inter
praedictam Universytatem et eius membra ex
altera parte deinde intra praememorata Uni-
versytatem et Senatum Civicum Cenipon-
tanum, firma unio, pax et tranquillitas ob-
servetur, et custodiatur, ut scilicet in quacumque
rerum et casuum emergentium occasione illuc
tis quodammodo manibus sibi mutuo sint auxi-
lio, ne forsan alias mutuis dissensionibus, bonum
commune, quod per praedictam Universytatem
principaliter intendimus, grave damnum pa-
tiatur, aut etiam omnino subvertatur. Quod
ut maiorem effectum obtineat, promittimus.





nosq. et Successores omnes nostros et singulos
perpetuo obligam, quod in singulis alterna-
tionibus sive creationibus Magistri Civium. Iu-
dicis ac Consulium iuratorum Aenipontanae Ur-
bis, aut eorum singulorum iuramentis ipso-
rum velim, in presentia Rectoris vel vice Rec-
toris, aut alicuius alterius ab eis deputati inse-
rere, quatenus dictam Universitatem, et eius me-
bra singula fideliter recomissa habeant, ipsorumq.
privilegia, libertates, exemptiones, ordinatio-
nes, et prerogativas sibi a nobis et nostris Suc-
cessoribus concessas et concedendas conservent
firmiter et defendant.

NOS itaq. **LEOPOLDVS** supradictus
recognoscentes expressè nos erecta a nobis, et
de singulari gratia, concessione, et indulto su-
pradicti Sanctissimi Patris, ac Domini nostri
Innocentii Papae Undecimi confirmatae Uni-
versitati nostrae praehibita matura super id ha-





bita prius collatione nostrorum Austriae superioris Provinciarum Consiliariorum concessisse et indulgisse iura, gratias, libertates, et privilegia praenotata promittim, per presentes bona fide ac vigore nostra Maiestatis Imperatoriae pro nobis, et nostris Haeredibus, et Successoribus, universis, quos ea propter obligamus, et adstringim, firmiter, ad eorum ratihabitionem et observantiam inviolabilem, ea omnia et singula, prout sunt specificata superius, rata, et grata, firma et inconvulsa habere, et perpetuo servare, quin et ampliare ad ipsi, Universitatis consilium, quoties ipsa ex causis rationalibus, nos ideo requisierit.

IN praemissorum igitur omnium ac singulorum testimonium, et robur perpetuum valiturum. Nos suprascriptus Leopoldus, presentem paginam summam privilegiorum omnium a nobis pluries nominato studio no:





stro Oenipontano concessorum hacten, conti-
nentem manus nostrae subscriptione et maio-
ris nostri Imperialis Sigilli appensione pro no-
bis, nostrisque heredibus, et Successoribus, omnibus
et singulis duximus roborandam. Quae dabatur
in Civitate nostra Regia Sopronii, die tertia
mensis Octobris Anno Millesimo sexcentesi-
mo octuagesimo primo. Regnorum nostro-
rum Romani vigesimo quarto. Hungarici
vigesimo septimo. Bohemici vero, vigesimo
Sexto.

Leonolm



Ad Mandatum Sac. Cas.
Maiestatis proprium.

Adamus Kemich



[Faint, mostly illegible text in a historical script, possibly Latin or German, with some words like 'Regis' and 'Schmidlin' visible.]

*Regis Josephus Josephing
Alexander Schmidlin*

[Faint text, possibly a date or location, including the number '14'.]

